

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Relinquere m
cum fontibus proximo et primo

Sicut Democritus, et Diogenes, de quibus supra: hoc enim fuit quasi commune philosophis, sicut recitat Hieron. ep. 125.

Crates ille Thebanus,
homo quondam ditissimus,
cum pergeret Athenas ad philosophiae studium,
magnum auri pondus abiecit; nec putauit
se simul posse et virtutes, et diuitias possidere.

Crates Thebanus,
homo quondam ditissimus,
cum ad philosophandum Athenas pergeret,
magnum auri pondus abiecit, nec putauit
se simul posse uirtutes et diuicias possidere.

Abite, inquit, male
cupiditates; ego uos mergam
ne submergar a uobis. Philosophus glorie
animalis et popularis aure uile mancipium
totam simul sarcinam deposit.

Ieronymus in epistola.

Et ep. 116. nec non lib. 2. contra Iouin. cap. 4.
de eodem recitat philosopho, quod multarum
possessionum pretium proiecit in pelagus:
abite, inquiens, pessum malae
cupiditates, ego vos mergam,
ne submergar a vobis. Philosophus gloriae
animalis, et popularis aurae uile mancipium,
totam simul sarcinam deposit.

Haec ille.

Iohannes Gallensis, *Compendiloquium*, 5.3.6
(Rome, 1655, pp.301-2).

Crates ille Thebanus,
homo quondam ditissimus,
cum ad philosophandum Athenas pergeret,
magnum auri pondus abiecit nec putauit
se posse et uirtutes simul et diuitias possidere.

Hieronymus Stridonensis, *Epistulae*, 58.2.2
(CSEL 54, I. Hilberg ed., p.529, ll.10-12).

‘abite’ dicens ‘in profundum, malae
cupiditates, ego uos mergam,
ne ipse mergar a uobis.’ philosophus, gloriae
animal et popularis aurae uile mancipium,
totam semel sarcinam deposit,
et tu te putas in uirtutum culmine constitutum,
si partem ex toto offeras?

Hieronymus Stridonensis, *Epistulae*, 118.5.2
(CSEL 55, I. Hilberg ed., p.441, ll.18-22).